DE PRECATIONE DOMINI.

DOMINICA XLVII.

Ex Quæſt. 116. & ſeqq.

PULCHERRIMA ET UTILISSIma eſt ars rectè precandi.

TEXTUS Jacob. 5, 16, 17. & 18.

℣. 61. *Confitemini alii aliis offenſas, & precamini alii pro aliis, ut ſanemini : multum e*nim *valet deprecatio juſti efficax.*

℣. 17. *Elias homo erat iiſdem quibus nos affectionibus obnoxius, & ardentiſſimè oravit ne plueret: & non pluit ſuper terram annos tres & ſex menſes.*

℣. 18. *Et rurſum oravit & cœlum dedit pluviam, & terra produxit fructum ſuum.*

QUÆST. 116. Quare Chriſtianis neceſſaria eſt precatio?

RESP. *Quia præcipua pars eſt ejus quam Deus à nobis poſtulat gratitudinis : tum quia illis tantùm ſuam gratiam & ſpiritum ſanctum largitur Deus, qui veris gemitibus continenter hæc ab eo petunt, & pro iis ipſi gratias agunt.*

QUÆST.